



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Apendix. Quando teneatur ad Restitutionem Iudex, Advocatus & Testis, &
de eorum forma procedendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

Pars 3. tract. 5. cap. 14. De Restitutione. 531
esse potest, cum eadem sit utriusque fons, & u-
nusquisque exponatur eidem periculo amittendi
partem re verâ sibi competentem, vel fortunæ
lucrandi, quæ ad alium etiam pertinebat. Ergo
justitia, quæ æqualitatem amat, rem inter utrum-
dividendam dictat. Hæc ulterius *Moya* pluribus
confirmat, quæ loco citato expendi possunt.

Quomodo possit Catholicus excusari à restitu-
tione bonorum Ecclesiasticorum, eorumque
fructibus male perceptis, vide supra part. 3. tract.
2. cap. 5. Et quis possit dispensare, & sub qua
conditione ut Laicus talia bona retineat, *ibid.*
Denique, an & cui restituendum pretium simo-
niacè acceptum, vide tract. 5. cap. 12. de simonia.

Quomodo per compositionem cum Pontifice
possit aliquis liberari à restitutione, quando bona
sunt incerti Domini, aut quando hic propter
heresim, aut aliud grave délictum, meretur in
penam isto debito privari, videri potest, si res
exigat, apud Lessiu[m] de just. lib. 2. cap. 16. du-
bit 11.

APPENDIX

Quando teneatur ad restitutionem Iu-
dex, *Advocatus*, & *Testis*: & de
forma in Iure procedendi.

Iudex qui condemnat reum vel ex privata
scientia, vel ex cognitione per injuriam ex-
torta, tenetur ad restitutionem sive haeredibus
sive alijs quibus per hoc damnum intulit. Ita Na-
varris cap. 18. n. 59. Sotus de secreto, membro 3. q.
concl. 5. Lessius de Iure lib. 2. cap. 29. dubit. 18.

Z 2

Quia

532 Pars 3. tract. 5. cap. 14. De Restitutione.
Quia damnando ex privata scientia facit injuriā reo, cum sic non procedat ut competens iudex, nec ex vi officij talis potestas sit illi concessa. Quando etiam per injuriam extorquet crimen, ponit injustē causam damni inde secuti, ideoque tenetur illud reparare.

Censetur autem injustē crimen extorquere,
1. Si per seipsum criminis inquisitionem incipiat, nullā præcedente infamia, aut denunciatione juridicā, quā inquisitioni viam aperiat. 2. Si tormentis, vel metu propinquō tormentorum Confessionem elicuit, cum non adessent indicia idonea ad torquendum. 3. Si dolo induxit ad confitendum, ut promittendo illi impunitatem si crimen agnosceret, &c.

Sed in his observandum. Si Iudici supperebant aliæ rationes ex quibus reum juriditē damnare poterat, tunc non teneri ad restitutionem. Quia procedendo ex scientia privata, vel extorta, tantum injuria commissa est in modo inferendā damni, non in illius substantia, cum idem damnum ex alia ratione justē inferre potuerit.

2. De *Advocati* obligatione dicendum, Quando ex ipsius negligentia, aut imperitia, cliens justam causam amisit, tenetur huic resarcire damnum quod ipsi inde accessit. Quia lex justitiae requirit ut pro suo cliente diligentiam debitam adhibeat pro conditione causæ sibi commissæ; ut si sit difficultis, aut magni mimenti, plus studij, & curÆ applicare teneatur, quam si sit facilis, aut momenti minoris. Præterea ratione officij teneat esse instructus peritiæ convenienti in illo jure, & munere quo exerceat, cum pro idoneo Advocate se exponat, & pro qualitate personæ sic instructæ stipendia recipiat: in quo si desit, pro ratione damni inde secuti ad restitutionem obligatur.

Quan-

Pars 3. tract. 5. cap. 14. De Restitutione. 533

Quando Advocatus defendit causam quam satis adverrit esse injustam, tenetur ad restituionem omnium damnorum quæ parti obveniunt ratione patrocinij ab illo suscepiti, ut sunt expensis in lite factæ, & alia quæ per litem amisit: & si clientem cum bona fide procedentem non monuit de causæ injustitia, tenetur illi de damno inde consecuto. Quia horum omnium se veram causam præbuit sive commitendo, sive omitendo contra debitum sui officij, ad quod præstandum se tacite obligavit.

Quod si cliens monitus de causæ injustitia nolit à te desistere, tenetur adhuc Advocatus causæ prosecutionem deferere. Neque tunc licet illi inducere partem ad transactionem cum illius damno conjunctam. Quia transactio sive compositionis tantum habet locum in causa dubia, uti docet D. Thomas quest. 7. art. 3. ad 2. Sylvester v. Advocatus num. 16. Navarrus cap. 25. num. 28. Ex quo etiam patet, graviter peccare sive Consiliares, sive Advocatos, qui in decursu litis advertentes partem alteram, cui forte favent, rueri causam iniquam, inducunt alteram ad compositionem, recedendo ex parte à suo jure, cum tamen illis constet jus hujus dubium non esse.

Advocatum nulli facere injuriam defendendo etiam causam minus probabilem, modò verè probabilem, diximus supra tract. 1. in principijs practicis de opinione probabili: & ut recte hic notat Lessius, saepe id quod appetit minus probabile, à parte rei verius est.

3. De Teste in judicio dicendum, Si vel ex certa scientia, vel ex crassa ignorantia protulit falsum testimonium, & ratione istius alter injustè datum sustinuit, tenetur in solidum ad totius damage restituionem. Quia testis ille per injuriam

334 Pars 3. tract. 5. cap. 4. De Restitutione.
fuit causa efficax totius damnificationis quæ ex
illius testimonio provenit.

Si tamen Reus jam erat per alios testes convic-
tus , & tuum testimonium illis accedens nihil
effecit, sic ut propter illud nec pena sit aucta,
nec Judge redditus sit firmior ad eam infligen-
dam, tunc ad restitutionem non obligaris. Quia
etsi falsum illud testificando injuriam intuleris,
non fuisti tamen causa efficax damni secuti, cum
illatum sit ex prioribus testimonij, & tua testi-
ficatione supervenientis in illud non influxerit: ita
Lessius cum alijs, supra cap. 13. dub. 2. & cap. 30.
dubit. 7.

Qui falsum testimonium dixit ratione cuius
mors vel mutilatio inferenda est , tenetur sua
dicta revocare , si id profuturum sit , quamvis
ipsi periculum similis penæ imminereret; ita Doc-
tores communiter. Quia, in pari damno melior
censi debet conditio innocentis, ex Regula Iuris.
Idem dicendum , si quis alias ad falsum testimo-
nium dicendum induxerit. Quod etiam in resti-
tutione famæ , pecuniae , & honoris in pari de-
trimento locum habet.

Si quis falsum testificatus est ex ignorantia ,
vel inadvertentia non damnabili , vel ex obli-
vione saltem non mortifera , ratione cuius con-
tingit aliquem damnari, non obligari ad restitu-
tionem docent passim Theologi, cum Petro Na-
varra, Lessio, Cajetano quest. 70. art. 4. alijsque
Neque teneri cum vitæ periculo suum testi-
monium revocare, ut ibidem Cajetanus. Quia nec
tenetur ratione rei acceptæ , cum nihil accep-
tit ; neque ratione injustæ damnificationis, cum
supponatur non peccasse, saltem mortaliter : ut
magis probatur supra part. 3. tract. 5. cap. 7. in fine.

Testis non tenetur ad restitutionem ex eo quod

in alterius periculo se non obtulerit ad testificandum, ut docet Navarrus c. 15. n. 17. &c. Quia non tenetur ex justitia se ad hoc offerre, quamvis aliquando tenetur ex charitate, ut si videat suum testimonium esse necessarium ad innocentem liberandum. Neque ad restituendum tenetur, si nolit testari, quando inde grave damnum illi imminueret. Quia in hoc casu neque per se obligationem habet ut grave damnum sibi procuraret, neque Superior potest ad hoc eum obligare, nisi in casu quo ratio boni publici ad postulareret.

Sed quid si nullum damni periculum immineat, & a Iudice citetur, vel subeatur citari ad testificandum? Docent non pauci, si hoc casu fugiat, vel se occultet, vel aliqua arte Iudicis interrogationem eludat, ad restitutionem obligari. Ita Navarrus cap. 25. num. 41. Sotus lib. 5. de iust. quest. 7. art. 1. Mich. Saloniūs quest. 70. art. 1. lib. 3. aliisque. Quia, inquiunt, hoc ipso quo circatus est per publicum nuncium, tenetur ex iustitia testimonium preferre: sicut tenetur is cui munus tatoris impositum est.

Respondet tamen Lessius supra, adducens Petrum Soto, Salonium & Ioannem à Penna, primo verius omnino videri, eum qui se occultat, vel fugit anteaquam iudicis praeceptum, aut citatio illi legitimè denuncietur, non teneri ad restitutionem damni secuti ex defectu testificationis: quamvis potuerit graviter peccasse contra charitatem proximi. Ratio est, quia nemo tenetur praecepto Superioris, priusquam ei debito modo imponatur, ut si aliquis, etiam non recte, viret conspectum Superioris, ne illi mandatum aliquod imponat, tali mandato nondum denunciato non obligatur.

Secundò, Non videri etiam improbabile, ad

526 Pars 3. tract. 5. cap. 14. De Restitutione.
restitutionem damni non teneri, si postquam ei-
tatio Iudicis per ministrum publicum illi
insinuata est, fugâ, vel fraude aliqua testi-
ficandi actum declinaverit; ut si reum
sibi inimicum esse prætentat. Ita Lessius
supra, citans Sylvestrum id aperte docen-
tem ver. Testis num. 8. Molinam, & alios;
Quia etsi in tali casu admittant peccatum con-
tra obedientiam & charitatem proximi, non
tamen contra justitiam, quæ obligationem
restituendi fundare solet. Quod confirmatur ex
eo, quod nemo possit alteri dare ius ad functio-
nes liberas alterius, nisi qui illaram est domi-
nus: cum ergo nemo præter me sit domi-
nus mearum functionum, qualis est testifica-
tio, nemo eriam absque meo consensu potest
alteri ad illas jus concedere: intelligendo ut
supra, nisi ratio boni publici id postulet.

Dicendum est denique cum communi, Te-
stem teneri restituere quod accepit, ut ve-
rum testimonium proferret. Quamvis ^{comm}
non semper ex justitia teneatur testari, si ta-
men testari velit, tenetur ex justitia testari ve-
ritatem: nam pro actione vel omissione alium
de debita, nihil potest exigi ab eo cui illa de-
betur. Excipe hic, nisi ipsa veritatis testifica-
tio cederet in detrimentum testificantis, vel
labori aut sumptus ab illo impendendus esset.

Pro pleniori notitia & commodo, hic oport-
tunè subiicio Propositiones recenter prohibitas
ad hanc materiam pertinentes.

*Quando litigantes habent pro se opiniones eque pro-
babiles, potest Index pecuniam accipere pro ferenda sen-
tentia in favorem unius præ alia. Damnavit Alexan-
der VII. propos. 26.*

Pars 3. tract. 5. cap. 14. De Restitutione. 537

Licet interficere falsum Accusationem, falsos Testes,
ac etiam Iudicem à quo iniqua certò imminet senten-
tia, si aliâ viâ non potest innocens damnum evitare.

Idem Alex. VII. Prop. 18.

Quoad forum conscientia, Reo correcto, ejusque
contumacia cessante, cessant Censura. Idem Pro-
posit. 44.

Probabiliter existimo, Iudicem posse judicare juxta
opinione etiam minus probabilem. Damnavit Inno-
centius XI. Prop. 2.

Quidni non nisi veniale sit Detrahentis autoritatem
magnum, sibi noxiam, falso criminis elidere. Idem In-
noc. XI. Propos. 43.

De Regulis & notitia Iuris utriusque, & alijs
ad forum Iudiciale pertinentibus, accedit infra
huic Operi Tractatus septimus in fine hujus To-
mi secundi.

Z 5

TRAC.